

todo otro juramento qualquier que a la natura del pleito o de los pleitos convengan; e para pruebas e cartas e instrumentos e testigos presentar e ver los de la otra parte o partes presentar e jurar e conoscer e para desir contra ellos e contra cada uno de los en dichos e en fechos e en personas e para sentencia o sentencias oír e consentir en las que fueren dada o dadas por mi e apellar e suplicar e alçarse e agrauiarde de las que fueren dada o dadas contra mi e la apelación o suplicación o agrauio o alcada seguir o dar quien la sigua; e otros y do poder cumplido al dicho mio procurador para que en su lugar e en mi nombre pueda faser e sostituir un personero o dos o mas quantos quisiere e por bien touiere ansy ante del pleito o de los contestado o contestados commo despues; e quand cumplido poder yo do al dicho mio procurador otro tal e tan cumplido poder do e otorgo al personero o personeros quel fisiere o sostituyere en su lugar e en mi nombre commo dicho es; e prometo e otorgo de auer por firme e por estable e valedero para agora e para en todo tiempo e siempre jamas toda cosa que por el dicho mio personero o por el personero o personeros quel fisiere e sostituyere en su lugar e en mi nombre commo dicho es fuere dicho e fecho e procurado e tratado e demandado e non yre nin verne contra ello nin contra parte dello en tiempo que sea yo nin otri por mi; e para lo auer por firme e por valedero e para pagar e cumplir todo lo que contra mi fuere juzgado obligo a ello a todos mis bienes muebles e rayzes auidos e por auer e relieu al dicho mio procurador e al sostituto o sostitutos del fechos de toda carga de satisdaccion e de toda fiadura que non den fiador nin fagan cabacion alguna por mi que yo obligo a ello los dichos mis bienes commo dicho es so aquella clausula del derecho que es dicha en latin *judicium sisti iudicatum solui* con todas sus clausulas acostumbradas; e por que esto sea firme e çetera.

III

**TEXTOS PARA EL ESTUDIO DEL DERECHO
ARAGONES EN LA EDAD MEDIA****RECOPILACION DE FUEROS DE ARAGON**

La más antigua forma de redacción del derecho aragonés conocida hasta el presente es la que ofrece esta Recopilación adaptada por un jurisconsulto, posiblemente del primer tercio del siglo XIII y de Zaragoza, para usada en la comarca aragonesa de riberas del Ebro. Su núcleo fundamental lo constituyen disposiciones del Fuero de Jaca. La forma de redacción conservada por la Recopilación es más antigua que la del texto lemosín de aquél. Del

cotejo con uno de los manuscritos¹ resulta: que el contenido de la mayoría de los capítulos es el mismo, siendo las variantes, por lo general, interpolaciones aclaratorias del sentido, constituyendo excepción las alteraciones esenciales del texto. Los capítulos que no tienen la misma redacción son los menos; los casos más corrientes son los de estrecha analogía, y excepcionales los de aquellos que muestran formas de redacción distintas. He aquí algunas muestras de comparación:

RECOPILACION

De muro uille et ciuitatis. De muro uille. Si tenet ibi uillanus bigas sue case habet illum murum reparare et illas menas. Et si tenet ibi infançonus suas bigas, et non uult illum murum reparare et illas menas facere, tollat suas bigas de illo muro et donet uiam, inter illam casam et illum murum, unde transeat miles armatus et quelibet bestia honerata suo horriere; et hoc faciendo non reparabit muros. Et alii infançones debent iuuare ad illos muros ubi non tenent bigas et ad illas portas.

De pediare hereditatem. De pediare hereditatem. Si est factum ante iusticiam non debet ibi esse fide ut per illud pediare quod fecerit non calonient illum; et si non est factum coram iusticia debet ibi habere fide ut per illud pediare quod fecerit habeat ibi caloniam; et si hoc totum non est habet ibi caloniam.

De molendino qui colat de die. De molendino qui colat de die non habet emendare illud molendinarius. Et si colat de nocte habet illum perditam emendare molendinarius,

FUERO DE JACA

Daquels que tienen uigas en mur de uila. De mur de uila. Si hom uilan tenra en mur bigas de so casa deue endreçar aquell mur e sos menas quan obs sera. E si infançon tenrra biegas de so casa ficas en mur de uila e no querra endreçar lo mur quant mester sera, per fuero tolla totas las bigas del mur e don tantas carreras entre el mur e so casa que largament e sens embarg ne pusca passar un caual armat et tota altra carga. Pero totz los infançons, ia sia ço que no ayen cases per lo mur de lo uila, deuen per fuero ayudar a restaurar los murs e las portas de la uila, car totz si saluan a sos casas.

De heredat com se deu pediar. De pediar heredat. Si per iudici de iusticia sera feyt aquell piduar no y deue auer fiança, per lo pediar que a feyt no y aya calonia; e si no es feyt per boca de justicia deu y auer fiança que per lo piduar que fara no y aya calonia; e si tot aço no es feyt en esta manera es hy la calonia.

De molin que cola de dia.— Molin que cola de dia lo moliner deu aquela perda emendar ab itura que faça aquell de qui es la cedula quanta ne a perduda. E si om-

¹ Biblioteca Nacional, ms. 17801.

cum iura quam det ille qui fecit perditam, secundum quod est illud perditum. Et si transmitit ciueram et super illum molendinarium est, et comendat ei assignate, molendinarius, de iure tenetur respondere de illa ciuera.

envia ceuera a molin e no ab message lo moliner deu emendar la perdoa ço es allo que meyntz sera daquela ceuera.

Al núcleo principal se incorporaron, de una parte, los Feros de Borja¹, en los cuales se recogen, principalmente, reglas de procedimiento; uno de sus capítulos, el 142, es repetición de carácter local de lo que de un modo general se preceptúa en el capítulo 40; de otra, veintiún capítulos cuya fuente no hemos podido fijar; tres de ellos forman parte del Fuero General de Navarra y otros tres se hallan en la Compilación de 1247².

Esta Recopilación, no obstante su interés para la historia del Derecho de Aragón, ha permanecido, no sólo inédita, sino casi desconocida, en un manuscrito de la Biblioteca de la Universidad de Zaragoza (núm. 41) procedente del Archivo de la Iglesia del Sepulcro de Calatayud, en donde lo vió Traggia³, al que pasó de la Biblioteca de Martínez del Villar⁴, del cual ha tomado el nombre con que se le designa: "Codice Villarense." La Recopilación se halla en dos cuadernillos de vitela.

Cuadernillo 1.^o: 8 folios. Dim. 160 × 222. Caja de escritura 108 × 138. Letra francesa de principios del siglo XIII. Capitales en rojo, con adornos azules y viceversa. Títulos en rojo. En el margen superior del folio 1, con amplios espacios intermedios entre palabra y palabra: "Asserit scribenti lux luci prima." En el margen inferior, un dibujo: un hombre, de cuya boca sale una rama.

Cuadernillo 2.^o: 6 folios. Caja de escritura 110 × 138. Letra

¹ Esta Recopilación fué vertida al lemosín. En el Catálogo de la Biblioteca del Conde-Duque de Olivares figura un ms. titulado "Feros de Aragón y Borja", en lemosín, en 4.^o, C. 38. Gallardo, *Ensayo*, col. 1522. He visto en la Biblioteca de Palacio, muy rápidamente, un ms. que es muy probable sea el indicado.

² Capítulos que se hallan en el Fuero de Jaca (117): 4 y 5, 7, 10 a 39, 42 a 44, 46 a 50, 52, 55 a 57, 59 a 62, 64 a 68, 71 a 110, 112 a 121, 123 a 129, 131 a 134, 138 y 147 (Cotejo sobre el ms. arriba citado). Fuero de Borja (9): caps. 135 a 137 y 141 a 146. Alzas al Fuero de Zaragoza (2): caps. 40 y 142. Capítulos que se hallan en el Fuero General (independientemente de los que pasaron del F. J.) caps. 3: V, 11, 6. 6: V, 14. § El pastor...; 70: V, 4, 18. Capítulos que se hallan en la Compilación de 1247 (con la salvedad antedicha): 54: I, p. 111; 63: II, 111; 148: I, 225. Quedan por identificar los sigs. caps. (21): 1, 2, 8, 9, 41, 45, 51, 53, 58, 69, 111, 122, 130, 139 y 149 a 155.

³ "Un libro en 4.^o ms. en vitela que fué de la Biblioteca del Regente don Manuel Villar." Sigue una sumaria descripción. Biblioteca de la Real Academia de la Historia. Colección Traggia, t. IV, fol. 134.

⁴ Cfr. Latassa. *Biblioteca de escritores aragoneses*, t. II, p. 224.

de la misma mano, más pequeña. Capitales rojas, de forma distinta a las del cuaderno anterior, sin adornos. Entre los folios 3 y 4 hay intercalado un cuadernillo de papel ceptí que contiene, además de la Compilación de Derecho y las Constituciones de Cortes publicadas en el primer número del ANUARIO, unos Fueros de Zaragoza, que aparecerán en el *Homenaje al señor Menéndez Pidal*. La Recopilación termina en el fol. 11 v., de mano diferente. La labor del nuevo copista comienza a partir del cap. 149, el cual completó: se advierte también en la terminación del capítulo 122 y en las *addendas* hechas en el margen inferior de los folios 1 v., 7 v., 8 v. y 10. A continuación, de mano del primer copista vienen disposiciones de la *Lex Visigothorum* y un tratadillo de sentencias, procedentes algunas de San Isidoro.

Siguen a estos dos cuadernillos otros que contienen unos "Iudicia veteris legi data Moysi". Todo ello hemos de publicarlo en esta sección. Termina el contenido de esta parte del manuscrito con una Crónica dada a luz, con un interesante estudio, por mi maestro, señor Serrano y Sanz¹.

Procuramos reproducir el texto con la mayor fidelidad posible, advirtiendo en nota alguna rarísima rectificación cuando la lectura es un error evidente o una repetición. Entre corchetes van las *addendas* del continuador del manuscrito.

JOSÉ M.^a RAMOS Y LOSCERTALES.

HOC LIBER EST ANIMUM RECTORUM, PENA TIRANNI

1. *De arras infançonis.*

De arras infançonis. Si habet nouem hereditates tres meliores sunt arras de la infançona; et si habet IIII las tres; et si habet tres la una et media; et si habet unam la media de qualibus ad diem habet ille infançonus, uel in antea adquiret marito et muliere sedendo. Et si habuit tres uxores prima quam habuerit accipiat las arras in primis, illa aut filii sui aut sui nepotes, et postea la secunda et la tercia simili ter et quarta. Et per errorem quem faciat non perdit suas arras secundum forum Aragonis.

2. *De arras uillani.*

De arras uillani. Villanus dat arras quomodo habet ad diem in quod dicit aliquam in uxorem si habet illas; et si non unum campum semi naturam I kafice de lini semine, et tres pedonadas caudaram uincee, et unum coopertum domus si habet, et si non habet det secundum quod habet.

3. *De custode suum² uel porcorum uel caprarum.*

De custode suum³ uel porchorum uel caprarum qui perdit porcum

¹ *Bol. de la Real Academia Española*, t. VI, p. 192.

² así en el ms.

³ así en el ms.

auf capram, seu tollit in montem lupus porcum aut capram, et poterit inde monstrare aliquod signale, cum sua iura, quod lupus ea tollit, habet illam perdere de iure suus dominus. Set si perdidit in monte et dicit custos quod adduxit ad uillam, cum sua iura quam det super librum et quod ipse qui perdidit posuit illa intus portam de la uilla, habet illa perdere suus dominus. Et si ipsa nocte qua perdidit non illa demandauit suus dominus, non habet inde custos postea respondere.

4. *De testibus qui sunt infirmi aut cabeçalarii.*

De testibus qui fuerint infirmi aut [spondalarii]¹ Si non possunt ire oratum ad eclesiam, et scitur quod per tres dies antea non uenerint ad eclesiam, habent ire ad lectum illius infirmi, et in suo lecto habet complere illud quod complectus est. Et si sunt sani et leci ad ianuam eclesie ut ueritates Dei audiant iustum et iniustum.

5. *De bassallo qui intrat cum domino et exit de seruitio ante terminum.*

De bassallo qui intrat cum domino et exit de seruitio ante terminum, habet dare hominem ualentem qui seruiat domino suo quod ipse habet fallidum; et si hoc non uult facere emendet, uassallus suo domino, tantum quantum accepit duplum, seu in duplum, denarios siue uestes, calcimenta, conductum, ciueram et alia usque ad aquam, et salem, et ligna, et ignem. Set si dominus expellit famulum a domo sua et habet inde testes uassallus, aut uerberat illum et manet cum eo ad soldatam, perdat dominus ille quod illi dederat et illud seruicium, et postea habet facere directum propter illas percussiones.

6. *De predatoribus qui dant saltum in grege ouium.*

De predatoribus qui dant saltum in grege ouium et accipiunt arietes uel oves, unum uel duos uel tres, cum iura illius pastoris habent illas emendare usque ad X oves aud carneros, aut quantum ualent; set de decem in suso habet tornam de ferro.

7. *De homine qui demandat hereditatem uel aliquid aliud non tenetur suis rancari.*

De homine qui demandat hereditatem uel aliquid aliud, non tenetur irasci, nec mittere suum demandum in lites uel in diffidamentum, nec in dilationem, set quantum plus poterit abreniare suam causam et suam demandam tantum debet facere || (fol. 1) ideo ut cito terminetur et habeat finem suum demandum tantum. Set qui tenet hereditatem uel aliquid aliud, debet se mittere in omnimodam dilationem ut remaneat illi quod tenet iure artificio.

8. *De homine reptato de suo corpore.*

De homine reptado de suo corpore. Debet se ramire² ad quemlibet suum parem et non ad suum consimilem, quia suum parem grauter poterit habere set semper inueniet suum conasimilem, et per suum parem potest euadere et per suum conasimilem potest cadere.

¹ spondalarii, de mano del continuador sobre cabeçalarii tachado.

² Lectura dudosa.

9. *De mercatore aut alio homine alterius terre qui obit in Aragone.*

De mercatore, uel alio homine alienae terre, qui obit in Aragone. Si uis habet hospes habere unam bestiam, aut suam caualgaduram, aut omnia sua uestimenta, ad libitum hospitis; set totum super plus est domini Regis. Et si non dicit ueritate hospes, set retinet sibi plus de auere, habetur ibi torna et batalla secundum quod est illud auer.

10. *De bestiis ligatis*¹.

De bestiis ligatis. Si sunt duo equi ligati suis capistris, aut alie quelibet bestie et la una desligat se et mactat, la desligata illam ligatam, cum testibus quos habeat habet illam emendare aut dare illum homicidam. Et si mactat ligata illam desligatam, cum testibus quos habeat non habet illam emendare; et si non dat mortuam potest perdere uiuam.

11. *De ferrum leuare in villa fratribus Templi uel Hospitalis.*

De ferrum leuare in villa fratribus Templi uel Hospitalis uel aliorum in quibus finierit illud iudicium, ipsa iusticia debet habere illas nouenas. Similiter est de batalla.

12. *De cultello impignorato.*

De cultello pignori obligato. Qui impignorat cultellum et perditur, si est de XII denarios in iuso dicendo suam ueritatem aut iurando per capita patrinorum, aut compatrum, aut generum, aut per caput unius christiani quod tantum ualebat ille qui impignorauit faciat sic et accipiat; et si hoc non uult, ille cui fuerit impignoratum habeat tres cultellos unum XII denariorum, aliud VI denarios et aliud trium denarios, et si uult accipere illum XII denarios iuret quod tantum ualebat suus et prendat, set si non uult iurare accipiat illum VI denarios, uel trium denarios sine iuramento aliquo. Et si est de XII denarios in antea iuret super librum et P quod magis ualebat et prendat.

13. *De spata impignorata et est ibi aurum uel argentum.*

De spata impignorata et est ibi aurum uel argentum, et perditur, cum testibus quos habeat, quod aurum uel argentum ibi erat, habet caloniā C solidos; et si non est ibi aurum uel argentum ponat coram presentia sua III spatas, et si uult acipere meliorem iuret quod tantum ualebat sua et prendat; set si non uult iurare accipiat de duabus peioribus quallem uult sine iuramento.

14. *De qualibet arbore rancata.*

De qualibet arbore auulsa et rancata, et tota uinca, et tota alia

¹ Reclamo al margen. Al pie del fol. la siguiente addenda, de mano del continuador. De qui locat bestiam et dicit: "usque ad talem uillam leuabo illam et non in antea"; et postea leuat illam de illa uilla in antea et moritur bestia, cum testibus quos habeat dominus bestie, habet illam emendare qui conduxit. Et si dicit dominus bestie: "habet illam", et si dicit ille qui locat bestiam: "tantam cargam le ictabo", aut "tal carga le cargar", et postea le carga a'ia carga et moritur bestia cum illa carga, habet illam bestiam emendare qui conduxit eam, et si non dat mortuam potest perdere uiuam. (F. Jaca, II, 73).

re que ualeat de LX solidos *in antea*, habet tornam secundum forum Aragonis.

15. *De dare fidantiam directi.*

De dare fidantiam de directo. Quilibet homo dabit fidantiam de directo si se alçat sua || (fol. 1 v.) mala mulier cum aliqua sua re *et* sua, *et* exibit otor; *et* mulier non potest hoc facere. Et uir leuabit eam ad domum suam; set ipsa non leuabit illum.

16. *De fidantia que intrat pro debitore ad X dies.*

De fidantia que intrat pro debitore *ad X dies*. Sine iusticia bene potest ire *in antea quantum uult donec sit ante iusticiam, et postquam ante iusticiam est non potest ire magis in antea de los X dies.*

17 *De pediare hereditatem.*

De pediare hereditatem. Si est factum ante iusticiam non debet ibi esse fide *ut per illud pediare quod fecerit non calonient illum;* *et si non est factum coram iusticia debet ibi habere fide ut per illud pediare quod fecerit non habeat ibi caloniam;* *et si hoc totum non est habet ibi caloniam.*

18. *De placito finato duorum hominum.*

De placito finato de duobus hominibus; *et uenit unus coram iusticia et aliis non,* la iusticia est testis loco duorum quod non ibi uenit.

19. *De homine qui crebantat caminum.*

De homine qui crebantat caminum est la calonia del camino Mille solidos, *et habet emendare totum illud malefactum si habet testes quales uult;* *et si non habet testes, ille qui malum accepit cum suo iuramento, habet emendare totam la perditam quam fecit.*

20. *De hereditate quam impignorauerint duo germani et unus est absens.*

De hereditate quam impignorauerint duo germani *et unus non fuerit in la terra, et ille qui est in la terra uult illam trahere de pignore,* non debent illi reddere, suo alio germano uiuo existente. *Et si dicit: "mortuus est", non debent illi credere si non monstrat sepulturam ubi iacet, cum testimonio illius clerici qui eum sepeliuit et cum aliis duobus probis hominibus qui interfuerint sepulture illius, et quod iurent, sicut forum terre est.* *Et si dicit: "dabo uobis fide ut faciam germanum meum sedere in hoc, qui est in alia terra", nihil debent facere nisi sicut suprascriptum est.*

21. *De amicis qui impignorant unus ad alium hereditatem uel mobile dando suum auer.*

De amicis qui impignorant unus ad alium hereditatem uel mobile dando suum auer quantum habet super illud pignale nisi illud expletum quod inde traxit, *et si non traxit inde expletum,* dando missioinem suam quod constitit illi, reddat ei suum pignale. Hoc est si se concedunt pro amicis coram bonis hominibus.¹

¹ El copista después de super illud pignale debió saltar alguna línea.

22. *De homine qui dat suum hominagium uel uerbum.*

De homine qui dat suum hominagium uel suam parabolam, et illa hora quando dat non dicunt ei quod si non attendit illud hominagium uel illam parabolam quod pignorabunt illum, non possunt cum de cetero pignorare, sed possunt illum reptare; et si uult recutire ad suum repterium potest hoc facere, et si non potest ire pro reptato quia in sua manu est.

23. *De duobus molendinis qui fuerint unus super alium.*

De duobus molendinis qui fuerint facti unus super alium. Molendinum quod fuit factum prius et postea fecerunt alium inferius, si engorgat illud de suso pro illo de iuso, mundent illam aequiam et mittant signale de iuso illum cacabum, ex parte foris, in illa aqua et faciat suum auct de iuso; et quando molent ambo molendina, si cooperuerit illa aqua illud signale, tantum profundent illam aequiam, molendini de iuso, donec ueniat illa aqua ad suum signale directum, tali modo quod non engorget illud molendinum superius factum. || fol. 2.

24. *De pignoribus que faciunt infançoni pro uillano uel uillano pro infançone.*

De pignoribus que faciunt infançoni pro uillano uel uillano pro infançone in alia terra uel in alio loco, et fuerit clamans alterius regni uel alias loci et fecerit clamum in illa uilla et pignorauerit, et abstulerunt ei sua pignora que fecit aut non dedit dominus casam ubi tenuerit eam per III dies, sicut est usus terre, debet pignorare de illa uilla, unde habet clamum ad primum quem inuenierit, infançonem uel uillanum; et si hoc non fecerit non debet pignorare infançonem pro uillano, nec uillanum pro infançone, nec christianum pro mauro nec iudeo, nec ad maurum uel iudeo pro christiano.

25. *De muro uille et ciuitatis.*

De muro uille. Si tenet ibi uillanus bigas sue case habet illum murum reparare et illas menas. Et si tenet ibi infançonus suas bigas, et non uult illum murum reparare et illas menas facere, tollat suas bigas de illo muro et donet uiam, inter illam casam et illum murum, unde transeat miles armatus et quelibet bestia honerata suo honore; et hoc faciendo non reparabit muros. Et alii infançones debent iuuare ad illos muros ubi non tenent bigas et ad illas portas.

26. *De duobus hominibus qui uadunt per uiam, et non sunt diffidati, et habent lites.*

De duobus hominibus qui fuerint per uiam, et non sunt diffidati, et habuerint contentiones. Si iactauerit aliqua arma de ferro unde occidat istum qui uadit cum illo et non uulnerat illum ullis armis, et habet de hoc testes, habet ibi medium homicidium. Et si transeunt illa arma de illo in retro, et habet inde testes, secundum quod qualis locus est habet ibi homicidium completum, quia postquam exierunt illa arma de manu sua ad occidendum illum hominem uita illius de cetero non fuit in manu sua.

27. *De balneo, et furno, et taberna non habent caloniam.*

De balneo, et furno, et taberna non habent caloniam qualecumque dampnum ibi accipient domini sui, quia illi se desonorant quando de tali prauo opere se intromittunt. Alii homines uel femine qui se feriant, cum testibus legalibus quos habeant, habet caloniam secundum quod est.

28. *De hominibus qui intrant fide aliis hominibus et multimode*

De hominibus qui intrant fidantias aliis hominibus et in multis modis, et illi qui ponunt illos fidantias uendunt uel impignorant hereditates suas propter hoc ut mittant suas fidantias in exeredationem seu in maximum dedecus, bene possunt illi prohibere illas fidantias, et impignorare aut uendere donec trahant eos de fidantia, uel quod donent eis alias fidantias ut de illis fidanciis ubi intrauerunt non cœniat eis aliquod malum.

29. *De hominibus ordinum uel clericis ordinatis non habent tornam.*

De hominibus ordinum uel clericis ordinatis non habent tornam, nisi per suas iuras planas habent credi; et si appellant ad suum episcopum non debet causa clerici dicto laici terminari. Altioris enim est negotii et maioris egens inquisitionis quia cause seruientum Dei debent ueraciter alti Dei examine diffiniri.

30. *De domino uille qui habet testes dare in uilla cuius est dominus.*

De dominus uille qui habet testes dare in la uilla qua dominatur. Non habet dare testes de suo pane nec de suo signali nec de suo honore, quia infançones habent esse et legales et casam tenentes, et non de suo pane nec || (fol. 2 v.) de suo honore; set illam iuram habent accipere omnibus modis ab illis de quibus habent siue proponunt querimoniam.

31. *De homine qui dat saltum in porcos et accipit unum uel duos.*

De homine qui dat saltum in illos porcos et accipit unum uel duos et usque ad X, habet illos emendare, cum iuramento illius porcarii, illos porcos audi ualens porcos; et de X in antea habet tornam, ille porcarius, de ferro.

32. *De homine qui emit hereditatem uel accipit in pignus.*

De homine qui comparat hereditatem uel accipit illam in pignus, fidantie et testes habent esse de illa uilla in qua est hereditas; et quod fidantie uel testes uideant hereditatem; et si hoc non faciunt possunt hereditatem perdere qui comparant uel accipiunt in pignus, propter hoc quod nesciunt unde intrant fidantias uel testes et ille similiter non scit de quo accipit fidantias aut facit testes, et possunt inde exire bono iure.

33. *De cabeçalariis et testibus, qui facit illos, in qua uilla illos facit ibi habet se ualere de illis.*

De cabeçalariis et testibus, qui facit illos, in qua uilla illos facit ibi habet se ualere de illis. Et si sunt alterius regni similiter, ubi sunt facti ibi se habet ualere de illis et non in medianeto.

34. *De domibus infançonis conductis uel impignoratis.*

De domibus infançonis. Postquam conducte fuerint uel pignori obligati si clamum habent de illo qui illas tenet et est uillanus bene possunt illas sine inconuenientia sigillare; set si sunt acomodatae non debent eas sigillare neque emparare.

35. *De homine qui demandat alii: "tot denarios mihi debes." Et dicitor debitor: "debebam."*

De homine qui demandat ad alium: "tot denarios mihi debes." Et dicit ille debitor: "debebam, set iam tibi persolui; dic mihi de si uel de non." Si dicit de si debent ire per paccatos cum testibus; set si dicit non debet dare fide de nego, et postea, si poterit illum probare cum duobus testibus, sicut est forum, quod si paccauit, peitet LX solidos; et si non potest probare audiat suum iuramentum quod non sibi paccauit, et postquam super suum auer facit illum iurare soluat illi suum auer duplatum cum testibus.

36. *De casis et tentoriis duorum participum.*

De casis et tentoriis duorum participum. Si habent clamum de uno parcero possunt medium portam sigillare et quod sibi prohibeant, cum duobus testibus, ut non intret per illam medium portam apertam; ct si ingreditur per illam cogitur peitare LX solidos.

37. *De hereditate commendata de uiuis siue de mortuis.*

De hereditate commendata de uiuis siue de mortuis. Si sunt uiui qui commendauerint et illi quibus fuit commissa habet batallam; et si sunt omnes mortui, ipsi et ipsi, non habet batallam. Et si est mortuus qui commisit et uiuit cui fuit commendata habet batallam. Et postquam commandam demandauerit nullam aliam rationem ibi habet quod ad ipsam rationem habet respondere..

38. *De homine qui uadit per mercatum aut per uillam¹ et non dicit: "ayeck".*

De homine qui uadit per mercatum aut per uillam aut per viam aliquam et non dicit: "aiech aiech", et facit alicui dampnum, ille uel sua bestia, habet emendare cum calonia secundum quod est illud malefactum. Set si dicit: "aiech aiech" non habet caloniam.

39. *De tota ferida de spata aut lancea, uel cultello aut lapide, uel pugno aut empuxada.*

De tota ferida de spata aut lancea, uel de cultello aut de lapide, uel pugno aut empuxada parua uel magna irato animo, habet tornam. Et si dicit: "deshonorasti me", ad minus de ferida, non habet tornam. Et si dicit: "proditor" aut illud uerbum castelle turpe nomine, et dicit "probatus", habet tornam. || fol. 3.

40. *De causa que est affidançata et firmata et iudicata in illa uilla et se alçat ad Cesaragustam².*

De causa que est affidançata et firmata et iudicata in illa uilla

¹ rebite aut per uillam.

² Cfr. cap. 142.

et se alçat ad Cesaragustam. Ille qui timet cadere male scribat illas raciones que fuerit tenente et illud iudicium, et monstrer illa Cesaraguste. Et si indiget emendatione in ipso iudicio possunt emendare et postea debent illud concedere. Et si postea dicunt alias raciones, uel querunt aliud iudicium, debet dicere ille qui cadit male uel perdit: "redeamus ad nostram uillam ubi leuabimus iudicium, et non desforemus nostram uillam nec faciamus iniuriam domino nostro, et non nos caloniemus; hoc facto leuabimus ibi iudicium et postea, si non placet uobis, ibi ue-niamus huc". Et sic est forum.

41. *De carta debiti ubi due fidantie et IIII testes sunt.*

De carta debiti ubi due fidantie et IIII testes sunt quomodo possunt testari illi duo testes et iurare quia sic fuit sicut homo potest legere in illa carta: sine aliis duobus non possunt. Set si est una fide et duo testes, illud possunt bene testari, et non amplius.

42. *De molendino qui colat de die.*

De molendino qui colat de die non habet emendare illud molendinarius. Et si colat de nocte habet illam perditam emendare molendinarius, cum iura quam det ille qui fecit perditam, secundum quod est illud perditum. Et si transmitit ciueram et super illum molendinarium est, et commendat ei assignate, molendinarius, de iure, tenetur respondere de illa ciuera.

43. *De homine qui dat hereditatem filie, et filia habet uirum, et hereditas est ex parte patris et matris.*

De homine qui dat hereditatem filie, et filia habet maritum, et hereditas est ex parte sui patris et sui matris illius, et ista filia et iste gener uolunt uendere hereditatem, non debent illam uendere si non dant fide quod illud auer quod acceperunt de illa hereditate mittant in aliam adeo bonam hereditatem et in tam bonum locum. Si uero non habent filios uel filias, et illa obit sine filiis, post suam uiduitatem illius mariti ad suum patrem uel matrem istius filie, uel ad suos parentes proximiores, habet redire sine dubio aliquo.

44. *De cane qui intrat per tectum et facit dampnum.*

De cane qui intrat per tectum et facit dampnum, dominus illius tecti habet emendare, quia per suum tectum uenit istud malefactum suo uicino. Similiter est de uinea et de aliis locis.

45. *De homine qui intrat in hereditatem alienam per pignus uel pignoram.*

De homine qui intrat in hereditatem alienam per pignus uel pignoram, et uenit dominus illius hereditatis dicens ei: "quis te posui in mea hereditate?, collige mihi fide de directo, aut da mihi eamdem fide, aut desempara mihi illam hereditatem". Unde de istis tribus causis de neccesitate ipsum oportet facere. Set si dicit ille qui est in illa hereditate: "pedia mihi quod demandas", pediare habet. Et si dicit: "dabo uobis otorem", det in primis fide de directo et faciat directum, et postea clamet se ad otorem, ad X dies, et accipiat firmum de retra, et

fide de otore ad X dies; et si non dat illum otorem ad X dies pignoret per LX solidos.

46. *De gallinis et apibus et palomis que faciunt malum.*

De gallinis et apibus et palomis qui faciunt malum in uinea aut in orto, uel in alio loco, ipse cui faciunt dampnum faciat inde duos testes, et postea pignoret las gallinas aut las palomas, et || (fol. 3 v.) paret eis rece quo capiantur, et mitat apes in una tina de melle aut in aliqua cantara, et uenient apes ad mel sicut solebant uenire ad illam uincam et cooperiat eas aliquo panno et erunt pignorate; et non exceant de sua presone donec emendet dampnum ille cuius sunt apes uel galline uel similia animalia.

47. *De homine qui reddit se ad eclesiam uel monasterium uel ordinem cum omnibus suis sine retinimento.*

De homine qui reddit se ad eclesiam uel monasterium uel ordinem cum omnibus que habet sine ullo retinimento et moritur, et est fide aliquius aut fecit aliquam iacturam, bene se possunt tornare ad illam ecclesiam uel monasterium uel ordinem; set si dederit ad ordinem et remanet aliquid de sua hereditate filiis suis uel filiabus uel aliis quibuscumque uel de sua bona, ad illos se debent tornare et non ad eclesiam uel ordinem de iure.

48. *De duobus clamantibus clamus prioris debet passare.*

De duobus clamantibus querimonia prioris debet passare; et si habet pignoram uiuam ille clamans complere debet passare; set si non habet pignoram uiuam bene potest illud iudicium tenere pignoratum iuramentum aut ferrum aut batallam, quo usque det illi fide de directo.

49. *De homine alterius terre qui dicit: "fide mihi fuisti de mea soldata", et dicit: "fide fui".*

De homine alterius terre qui dicit: "fide mihi fuisti de mea soldata", et dicit illa fide: "si fui"; et postea dicit debitor "hac fide quod non posui illum uobis talem fidem quomodo uos dicitis neque debeo uobis istud auer quod uos dicitis, et ecce uobis talis fide", debet iudicare iusticia quod ista fide quam dat det illam in uillam illius clamantis, et quod mutet illam in suo consilio; et si non potest illam habere cum sua iura, usque tercia ♚; et ad tertium diem qui ibi non fuerit debet esse uictus, et quod securet cum sine aliqua mala fraude pro sc et pro omnibus amicis suis uel ualitoribus; et ista fide data similiter debet dare firmum de retra iste clamans de uilla istius de quo habet clamum aut usque ad terciam ♚ cum suis iuramentis; et si non illam potest habere similiter est uictus, et si potest habere habent ire ad medianetum et habet ibi tornam.

50. *De homicidio habet accipere dominus Rex totum, et la iusticia nouenas, et saiones los arienços.*

De homicidio habet accipere dominus Rex totum, et la iusticia las nouenas, et saiones los arienços. De alia calonia de LX solidos, si est per districtam dominis uille, habet dominus los XL solidos, et lo cla-

mans XX solidos. Set si clamans est infançonus et per suam districtam acalçant los LX solidos, habet ille infançonus los XL solidos, et dominus uille XX solidos; et secundum quod pleitgabit dominus uel infançonus ipsa racione paccentur nouenas et los arienços.

51. *De fidantia de qua non habet ad quid se tornet, ante iusticiam debet intrare in X dies.*

De fidantia de qua non habet ad quid se tornet ante iusticiam debet intrare in X dies, si est suus otor in illa terra quem possit intrare, et ad X dies quod peitet; et si non est suus otor in illa terra intret ante iusticiam in X dies et quod iuret quod eum quesiuist cum pane in talecha et non inuenit; et intret in alios X dies, et quod iuret quod non inuenit; et ad XXX dies quod pleitet de pleno et suus otor debet auer duplare; set quando peitat fide accipiat de manifesto. || fol. 4.

52. *De foro quem dedit dominus Sancius, rex Aragonis, suo populo, scilicet de anno et die.*

De foro quem dedit dominus rex Sancius Aragonis suo populo, uidelicet de anno et die. Quod quilibet homo qui fuisset tenens anno et die sine ulla mala uoce quod non responderet de cetero alicui uiuenti cum sua iura quod anno et die fuit tenens absque mala uoce, ille intrando et exeundo in illam et per illam uillam. Et in hoc comparauerunt christiani de mauris casas, terras, uineas. Et quando uenit tempus in antea obiit dominus Rex qui dederat illum forum, et uenit suus filius... qui fuit Rex, et demandauit omnes istas compras quas fecerant christiani et mauri. Et respondit ille populus: "domine Rex concedite nobis illos foros et illas cartas quas fecit nobis benigne pater uestri et uos concessistis quando incepistis regnare". Dixit dominus Rex: "concedo libenter". Et dixerunt ille populus: "domine Rex, postquam concessistis nobis nostros foros et nostras cartas, quas fecit largissime nobis pater uestri, et uos atorgastis, laxate uos de isto demando quod nobis facitis, ne ad nostros posteros in exemplum pessimum protrahatur quem carte nostre monstrant quod ille qui est tenens anno et die quod non respondeat de cetero cum sua iura." Et laxauit se dominus Rex de illo demando. Et in ista iura non habet tornam.

53. *De tribus germanis, aut magis aut minus, qui demandant hereditatem, omnes habent sedere presentes.*

De tribus germanis, aut magis aut minus, qui demandant hereditatem, omnes habent sedere ante, et accipere fide de directo quomodo oposint firmare quidam ad alios ut in hoc quod faciunt illi sedeant. habent dare fide ut amplius non demandent illis in hoc quod demandant; et sic possunt accipere et dare fidantias.

54. *De uenditione aut pignore inter germanos.*

De uenditione aut pignore inter germanos. Germanus si habet uendere uel impignorare uel aliquo modo alienare suam hereditatem, debet facere scire suo germano, et tantum per tantum debet illam reuinere suus germanus si uult; set si facit ei scire et dicit quod non potest, uel

excusat se aliquo modo, postea potest illam uendere uel pignori obligare cuilibet homini in mundo; et si uult ei resistere det illi fide directo et uendat et faciat ad suum placentum.

55. *De desfillamento patris uel matris ad filium uel filiam.*

De desfillamento patris ad filium uel filiam. Pater non potest desfillare filium sine racione manifesta. Si filius uerberat patrem, aut fecerit eum iurare aliqua re de qua fuerit ei molestum, aut traxit illum per capillos, aut dimentitur eum in presentia bonorum hominum, aut fecerit filius talem rem qua pater perdat ea que habet bene potest, propter predicta, pater filium desfillare. Et si habet filios et filias et uult pater dare totum uni et desfillare alios non potest; set potest eum meliorare de mobili, aut dare unam terram aut uincam aut domos aut aliquid aliud; set de omnibus non tenetur de iure unum filium uel filiam meliorare et alios desfillare.

56. *De cane custode domus.*

De cane custode domus. Homo qui interficit illum, quantum se audeat iurare dominus domus quod furati fuerunt de sua casa uel perdidit inopia illius canis qui erat custos domus postquam fuit mortuus, totum dampnum habet emendare ille uel illa qui canem interfecit, et habet tornam. Canis autem multas habet bonas proprietates. || (fol. 4 v.)

57. *De testimonio infançonis et uillani.*

De testamento infançonis et uillani. Si testatus fuerit infançonus ad uillanum ullam causam sine iusticia uel ad suum hominem, non faciat illi aliquid pro suo testamento. Et si testatus fuerit uillanus ad infançonem cum iusticia uel sine iusticia non faciat aliquid. Set si testatus fuerit infançonus ad uillanum, aud uillanus ad uillanum, et cum iusticia, et sunt ambo, qui tenet tortum et ille clamans, de eadem uilla, habet tenere illud testimonium donec sit paccatus ille clamans; et si ille clamans est de una uilla et qui tenet tortum de alia, debet tenere illud testimonium usque ad XXX dies; postea debet dare firmum de redra aut quod tornet illud testimonium qua hora dederit ei fide de directo, aut quod emendet illud tortum quod tenet, et cum hoc quod faciat debet reddere illud testimonium.

58. *De pediare hereditates germanorum uel parentum inter se.*

De pediare hereditates. Si demandant hereditates germani ad germanos, uel parentes proximi ad alios, qui pertinent ad auolorium aut patrimonium, non se debent pediare ea que demandant inter se, set debent monstrare extra portam domuum et dicere: "domus et hereditas que pertinent ad istas casas monstror", et postea debet facere suum demandum. Si uero sint alii homines, qui non se tangant aliqua linea parentele per germanos uel parentes proximos, debent presentare se coram iusticia et precepto suo debet pediare hoc quod demandat totum in circuitum, et postea procedat causa sua in antea, hoc facto sine calonia est illud pediamentum, et si totum hoc non fit in presentia domini iudicis nichil est. Set si sunt germani et monstrauit iam ille qui est

extra hoc quod monstraturus est, et si dicit qui est intus: "ego monstrabo tibi quare non debes partem habere in his que monstrasti et ecce fide de directo", qui extra est debet illam fide colligere, et postea; si non poterit monstrare scripto aut testibus aut per cabecaleros quare non habet ei dare partem, habet ei dare suam partem cum LX solidos; et si potest monstrare non dabit ei aliquid, et per illam malam uocem habet dare fide de redra, et etiam si hanc fide non audet dare qui est intus, illi qui est de foris habet illum colligere in domos illos et in hereditatem et comedant et bibant in simul habitando siue conuersando, et secundum raciones quas habuerint det forum unicuique ius proprium.

59. *De boue aut qualibet alia bestia que percutit aliam bestiam, uel alium bouem.*

De boue aut qualibet alia bestia que percutit aliam bestiam uel alium bouem. Si percutit et interficit habet reddere illum homicidam; et si uulnerat habet illum reddere sanitati dominus illius bouis et dies laboris quos inde perdit habet illos emendare; et si aduenerit in monte habet se iuuare de testibus VII annorum in suso aut de illo adulero, si ille adulerus est de uicinali.

60. *De bestia duorum participum.*

De bestia duorum participum. Possunt illum pignorare pro illo parcer de quo habent querimoniam uno die; set pro alio parcer unde non habent clamum debet solui alia die.

61. *De iuramentis testium.*

De iuramento testium. Duo testes erant in carta falsa et habuerunt iurare, sicut scriptum erat in carta illa || (fol. 5.) et quomodo poterat homo legere in illa carta quia sic erat uerum, et habuerunt aliam cartam plicatam ad similitudinem illius, et nihil fuit scriptum in ea, et iurauerunt cum ipsa, et perditum fuit ibi totum illud directum.

62. *De morte canis.*

De morte canis. Si occidit unus canis alium super perram que sit sua consors, que est quasi uxor, aut sua germana, non habet caloniam; set si interficit super aliam perram habet caloniam aut oportebit dare illum homicidam.

63. *Homo mortuus non facit bellum cum homine uiuo.*

Homo mortuus non facit bellum cum homine uiuo, nec homo uiuus cum homine mortuo.

64. *De testibus qui sunt in carta.*

De testibus qui sunt in carta. Si querit homo qui habet illas in carta et est ille neccese, habent iurare sicut potest legi in illa carta quod sic sunt testes, et habent dare fide de suis iuramentis.

65. *De pignora porcorum.*

De pignora porcorum. Porcos de X in iuso¹ non est pignora com-

¹ una e inutilizada.

pleta. *Decem, et de decem in antea, est pignora perfecta. Set per IX porcos, uel de ibi in iuso, non cessabit accipere aliud pignus.*

66. De testibus qui exeunt per asinum.

De testibus qui exeunt per asinum, uel pro his que pertinent ad asinum, et illud iurant, numquam de cetero debent in aliquo facto pro testibus admitti.

67. De pignorare.

De pignorare. Si uis aliquem pignorare et pignoras de mane, tantum pignus accipias, aut tale, de quo habeas tuum directum, quem postea non debes, de iure, in ipsa die aliam pignoram accipere quousque ipsa sit mortua, aut quod des illam ad manuleuandum, et postea potes aliam pignoram prendere, postquam predictam dederis ad manuleuandum.

68. De duobus amicis postquam uera amicitia se dilexerint.

De duobus amicis postquam amicicia uera et non facta inter se amauerint sic debent se emendare: si sunt duo amici et tenent singula castra et exit de uno opido et facit pignoram in aliud castellum, ille uel suus homo, sui amici, postquam concesserint amiciciam reddere habet illam pignoram, et sine alio pignore debent se emendare iure plenario.

69. De manulepta.

De manulepta. Quidam homo uenit et manuleuauit de alio quemdam maurum; postmodum ille qui dedit ad manuleuandum uenit in presentiam dompni iudicis et quesiuuit sarracenum suum quem dederat ad manuleptam, et respondit iste qui manuleuauerat illum dicens "fugit se a me maurus ille, accipite bestias aut aliud ganatum que excedant ualorem uestrum sarracenum." Et dixit alius quod non acciperet nisi suum maurum quem dederat ad manuleptam. Super hoc iudicauit la iusticia quod reddat manuleptam qua fecerit ab ipso aut quod reddat se illi cum omnibus que habebat, cum iuramento quod ampliora non habebat. || (fol. 5 v.)

70. De iudicio caballi.

De iudicio equi siue caballi. Tale est suum iudicium, quod armet se miles dominus equi omnibus armis que ad ipsum pertinent, et quod sit bene indutus et calciatus, et quantum pretiabuntur militem armatum et equum insimul tanta est la calonia super illum qui hoc fecit malfactum. De roncino et de mulo est sua calonia XX solidos. De asino XV solidos.

71. De cane uenatico.

De cane uenatico. Si occidit illum aliis canis, quantum possit probare dominus canis mortui quod interfecit plus uenatus in uno die de monte uel de auribus silvestribus uel de aliis quibuscumque, habet ei dare de calonia dominus canis uiui unoquoque die, aut reddere canem pro homicida. Set si homo occidit canem, habet dare emendam uenationis cum uno iuramento quod det dominus canis mortui quod tantum mactauit in una eademque die, tantum uenatus tenetur illi dare singulis diebus.

72. *De ferida infançonis.*

De percussione infançonis. Infançonus percussus aut desonoratus, cum testibus quos habeat, est sua calonia D solidos; set si caret testibus consequitur iuramentum super altare Altissi(mi) ubi iuratur per homicidium. Et si¹ querit probare suum deshonorem potest prelum facere, si potest, aud ferrum facere leuare.

73. *De homine qui non debet facere prelum.*

De homine qui non debet facere prelum. Nullus homo debet facere bellum, secundum forum Aragonis, nisi habeat de mobili quantum possit monstrare uidelicet ualorem C solidorum; set si hoc² non habuerit non habet prelum nisi de ferro.

74. *De uillano percusso.*

De uillano percusso. Si uillanus uerberatur, et habet testes, habetur calonia LX solidos. Set si est ultramontanus, uel de ultraportus, quod non sit de terra Aragonis, et percutitur, cum testibus quos habeat, habetur calonia V solidos. Et pro una talem percussione qua sanguinis non exeat, et habet testes, XII denarios.

75. *De homine qui intrat in iudicium et dedit iam fide directi et sumpsit firmum de redra.*

De homine qui intrat in iudicium et dedit iam fide de directo et sumpsit firmum de redra per forum terre, et deueniunt uoces ad si et non, et iudicauit la iustitia: "fas testes aut iuramentum"; et qui dicit de si dicit "careo testibus"; et qui dicit de non dicit: "hac fide de meo iuramento"; et ille qui dicit de si accepit fide iuramenti, de cetero, in istas raciones non habetur torna; set quando preparat fide iuramenti non accipiat illam set dicit: "ecce fide de la torna", et hoc habetur torna per forum Aragonis.

76. *De homine infirmo reptato.*

De homine infirmo raptato. Quidam infirmus, in ultimo termini² laborans, fuit reptatus pro iuramento quod fecerat super quemdam hereditatem dicendo suam esse et non illius qui eam demandabat. Et postquam iurauerit stetit bene X annos quod non fuit reptatus ab alio, et quando laborabat in extremis uenit ille clamans super egrotum et repauit eum dicens ei: "tu es taliter periurus quod nemo in mundo debet confidere de te uiuo uel mortuo." Et rememorauit se iste infirmus, et dismentitus est eum, et dixit ut daret ei talem infirmum sicut ipse erat et preliaretur cum eo quod non dicebat ueritatem. Hoc facto, eadem nocte, infirmus ingressus est uiam uniuerse carnis. Et in sequenti die, quando deferebatur ad eclesiam ad sepeliendum, uenit clamans et traauit cum mortuo; parentes uero, et proximi mortui, dederunt ei fidantias de directo, et fuit sepultus || (fol. 6.) iste mortuus. Set postmodum parentes illius mortui et ille clamans uenerunt in presentiam domini

1 si sobre linea.

2 una h inutilizada.

3 sobre una e tachada ti sin sigla, leo termini.

Regis, et allegauerunt suas raciones unusquisque, ueluti prescriptum est. Judicauit autem dominus Rex quod non habebat de iure eum reptare usque ad annum et diem, et in alio anno et die poterat eum reptare, et si transibant ista duo annus et dies ita quod non reptabat eum, de cetero non tenebatur de iure illum reptare, et etiam plus, quod postquam infirmus se uoluit saluare ad alium similem sui in egritudine et non fuit editatus, plus dixit infirmus quem debuit set affirmauit suum directum et postquam hoc fecit, quia clamans trauauit de mortuo quando portabantur ad sepulturam, quod peitaret domino Regi D. solidos. Et qui talia agit tali mercetur pena puniri secundum forum terre Aragonie.

77. *De milite qui facit ricum hominem aut qui tenet honorem pro illo.*

De cauallero qui facit ricum hominem aut qui tenet honorem pro illo. Si sunt in prelio, uel in aliquo impetu, debet tornare super dominum suum, si portant cum captum aut si cecidit, in tantum donec sit mortuus defendendo dominum suum; et hoc faciendo nemo in mundo potest illi dicere malum sine repterium. Cauallerus de soldata uel de causimento si semel potest lancea ferire aut de spata, et exit del campo, non potest illi malum dici. Si uero dominus est apedatus, cauallerus quem fecit, aut qui tenet honorem pro illo, debet illi dare equum suum; et si tornat super illum et derogat alium militem et dat illi caballum derogati, non potest illi malum dici; et si hoc non facit, aliter faciendo, et interficiunt dominum uel ferunt captiuatum, malum potest illi dici a domino suo uel a suis parentibus et amicis secundum usum terre.

78. *De homine qui iuit in mercadariam in longinquas prouincias.*

De homine qui iuit in mercadariam. Quidam homo incessit pro mercibus in terras longinquas et extraneas, et commisit uxorem suam cuidam germano suo, et domum suam, et omnia sua quousque ipse rediret. Et iste germanus, ad tempus in antea, petiit amorem isti sue cognate ut transiret ad suos amplexus illicitos; ipsa uero respuit, sicut lex mandat. Iste uero suus cognatus, in cuius posse domus fratris sui remanserat, dedit, duobus hominibus, C. C. solidos unicuique ut concederent, pro testimonio, se quendam hominem uidisse concubentem cum ea sua cognata. In presentiam domini iudicis deuenerunt omnia testantes et dicentes se uidisse quendam habentem rem cum predicta muliere in quodam loco. Super iudicauit dominus iudex ut lapideretur femina illa. Lapidata fuit et turpiter tracta, et Deo adiutore euasit sine alia lapidum lesione, ita quod nullum corporis sui passa est detrimentum in illa hora; set propter uercundiam fugit ab illa terra femina illa. His precedentibus factis, uenit coniux suus de terris longinquis. Et quadam die uetus iusticia ibat per villam spatiando uidens quam plurimos pueros prandium et conuinium, suo puerili modo, properantes et dicebant: "duo testes fuerunt dicentes et affirmantes se uidisse quendam concubere cum quadam muliere." Et fecerunt iusticiam unum ex pueris et duos ex illis testes et testati fuerunt sicut alii maiores testes testati fuerant.

Judicauit puer justicia quod separarentur ex parte sigillatim illi testes, et factum est sic. Iusticia quesuit ab altero testium et dixit quod qua etate erat homo qui cum femina male operabatur, respondit: "senex." recessit ille, uenit alius, quesuit iusticia de qua etate erat homo qui malum faciebat cum muliere, respondit: "iuuenis." Totum hoc uidendo et audiendo uetus Justicia recessit inde et habuit consilium cum probis et sapientibus hominibus et transmisit pro cognato illius mulieris¹ et pro testibus, qui testati fuerant contra feminam, || (fol. 6 v.) et separauerunt illos testes, sicut fecerant paruuli, dicentes primo de qua etate erat homo qui malum fecit cum femina, dixit: "senex"; illo recesso, quesitum, fuit ab alio cuiusmodi etatis erat homo qui malum fabricauit in muliere, dixit: "juuenis"; et sic fuerunt falsi probati testes antiqui, et eandem penam quam mulier iniuste subierat cognatus predicte mulieris cum prelibatis falsis testibus iure subierunt, lapidati ei fuerunt. Mulier uero lapidibus obruta, prius auditio aduentu sui mariti, rediit ad propria domum cum gaudio et leticia, et habito triumpho de testibus falsis; et uir et mulier permanserunt deinde in firme amore; et multa bona postmodum pariter habuerunt, et Creator omnium iuuauit illos. Et sic antiquitas multociens precat in iudiciis quod iuuentus corrigit et emendat, secundum Priscianum philosophum quanto iuniores tanto perspicatores et subtiliores. Idem fuit iudicium de Sussanna et duobus senibus qui eam de falso crimine accusauerunt.

79. Façania fuit in ualle de Funes.

Fuit facta façania in ualle de Funibus. Quidam homo dedit alii tantumdem seri pro tantumdem musti ad mensem septembris, et uenit cum ista coram presentia domini Petri regis: quod qui daturus erat mustum expletasset suas uiuas et suum mustum et postmodum premeret bene suas binaças, sicut aliis presserat lac et caseum de sero, et quod persolueret ei de illis pressuris, sicut ille pacauit del sero, et oportuit ipsum fuisse pacatum, iudicio domini Regis. Et factum est in hunc modum.

80. De ferida grandi mulieris insançone de nobili genere orta.

Quidam homo dedit grandem feridam cuidam feminine de nobili genere, et parentes istius domine dederunt multas et grandes feridas isti homini. Dominus uero uille, amore et cupiditate calonie, fecit pignorari maritum istius domine, et dedit fidantiam de directo, et uenerunt ante presentiam domini Petri regis. Et dixit maritus illius domine: "quid me demandatis?", respondit homo iste: "quod me uerberastis et me inhonoraſtis"; dixit maritus domine: "non", et dedit firmum. Firmo dato, fecit iudicari dompnus Petrus rex ut probaret illum et quod daret caloniam, et si non quod iuraret ubi iurant per homicidium, et si uellet tornare quod tornasset illum. Et fuit estacata batalla; set postmodum rememorauit se maritus illius domine et dixit quod percusserat

¹ sobre mulieris, escribe interlineado riis.

hominem illum, quia ipse percusserat et inhonorauerat hanc dominant uxorem suam. Et fecit iudicari dominus Rex: quod si homo qui percussus fuerat uillanus erat et heres illius uille ad minus de domibus et non mutuo uel in pignus, quod peitaret ei LX solidos; set si erat de alio loco terre sue, et non de loco ubi malum fecerat nec heres, quod quot bastonatas uel pugnatas ei dederunt peitassent ei tot V solidos; et si erat homo de ultra portus tot XII denarios; et per prelum quod fixit et non fecit, peitasset X solidos. Et factum fuit sic.

81. *De homine qui uadit per uiam et uenit custos uinearum aut cauaçquia et est de die.*

De homine qui uadit per uiam et uenit custos uinearum aut cauaçquia, et est de die, et dicit quod ille homo intrauit in ortum uel uineam et furatus est aliquid, et est uinitor concilii, et latro et uinitor suni eiusdem uille, cum iuramento uinitoris aut cauaçquie super librum et ✚ peitet de die quinque solidos, set si est de nocte cum testibus quos donet: si est christianus duobus christianis, si est christianus et maurus det maurum et christianum, et secundum quod sunt probet per duas testes; et hoc probando peitet malefactor LX solidos. Si latro et uinitor sunt diuersarum uillarum et facit de die malefactum in ortis uel uineis cum duobus testibus VII annorum in antea dent fidantias iuramentorum suorum quod peitet V solidos. || (fol. 7.)

82. *De iuramentis christianorum.*

De iuramentis cristianus. Habet iurare mauro et iudeo pro XII denarios super librum et ✚; et de ibi in iuso, usque ad VI denarios, caput unius christiani; et de VI denarios in suso usque ad XII caput patrini.

83. *De iuramentis iudeorum uere proditorum et sarracenorum.*

Iudeus habet iurare christiano et mauro, usque ad XII denarios, per legem Moysi, et de XII denarios in antea super cartam. Maurus habet iurare christiano et iudeo per totum berelle yale aylle ilien; uerba sunt arabica.

84. *De bestia acommodata uel conducta si pignoratur pro suo domino.*

De bestia acommodata uel conducta, si pignoratur pro domino suo, dominus suus habet illam trahere cum fidantia directi aut qualicumque modo; set si pignoratur pro illo cui acommodata est, uel conducta, similiter debet trahere illam suus dominus.

85. *De bestia acommodata et perditur.*

De quolibet homine qui acommodat bestiam suam alii et perditur, habet illam emendare cum suo iuramento quantum ualebat; et uset ad annum completum quantum constitit illi; set si conductit et moritur, pro mortua habet ire cum testibus si habet, et in heremo cum suo iuramento; set daturus est mortuam si uiult uiuam.

86. *De quolibet fructu uendito in uinea uel lino in campo.*

De quolibet fructu uendito in uinea uel lino in campo. Si dicit emitor uenditori ut det decimam debet dare eam uenditor; et si ambo

tacent, cum iuramento uendoris quod non uendidit ei decimam, daturus est emtor illam, nulla nacta occasione¹.

87. *De testibus falsis.*

De testibus falsis. Si probati sunt falsi testes, et iam probati sunt cum aliis testibus, transquirentur in cruces et cum batallo campane calenti crement illos in fronte in cruces, et expellantur a villa pro falsis et malis; quia sicut uox campane auditur per diuersa loca ita iniuria² et infamia eorum nota sit ubique gentibus.

88. *De homine periuro et probato.*

De homine periuro et probato debet expelli a uicinitate et communitate aliorum, quia per nihil aliud in tantum perditur fructus messium et uinearum sicut pro periurio, et peitet.

89. *De homine qui intrat in iudicium et leuat iudicium cum pignore in currale.*

De homine qui intrat in iudicium et leuat iudicium cum pignore in corrali est sua calonia LX solidos. De illo qui tenet pignus et transnoceat super fide directi similiter LX solidos.

90. *De homine qui pignorat dominum pro suo famulo.* Dominus habet illum desemparare aut facere complere directum habenti querimoniam de illo iusta ratione preostendendo.

91. *De furno et molendino fratribus uel proximorum aut participum³.*

De furno et molendino qui fuerit fratum uel parentum aut participum. Si aliquis ex his uult partiri ad dies uel septimanas si debent partiri; et si frangitur mola, aut obruitur furnus, in qualicumque die illorum mola frangatur uel furnus cadat, omnes habent pariter emendare et restituere cuius comune est. || (fol. 7 v.)

92. *De aqua furata.*

¹ el ms. occone.

² lectura dudosa: iniustitia?

³ Reclamo al margen. Al pie del fol. la siguiente addenda, de mano del continuador: Venerunt duo homines ad iudicium ante iusticia, mercadero et uillanus, et dedit uillanus iusticie X carneros. Et quando debuit iudicare iusticia, dixit quia inuenit pesquisam in X bonis hominibus de illa montanna, per illos carneros, quod tortum tenebat ille mercadero. Quando hoc audiuit el mercadero, dedit iusticie XX morabetinos. Et quando uenerunt ante iusticiam, illa dixit quia inueni pesquisam in XX mercaderos, propter illos morabetinos, que tortum tenebat ille uillanus. Quando hoc audiuit ille uillanus dedit iusticie XX uaccas bonas. Et uenerunt ante iusticiam, et dixit iusticia que in hoc quod ille dicebat in primis parabolis, in hoc esset iudicium, et dixit quia inueni pesquisam in XX qui fuerunt de los bonos laboratores, per los boues, directa pesquisa que tortum tenebat mercaderius, et que se indreçasset contra illum uillanum. (Cfr. F. G. VI, 9, 5.)

Alia. Similiter uenerunt duo ante iusticiam, et dedit ei primus pannum de lino per camisiam et bragas, et aliis dedit duas uaccas. Et quando debuit iudicare dixit qui dedit ei pannum quia audiret obliuioni quod diceret aut conpisset. Et quando hoc audiuit la iusticia dixit que non poterat quia iam IIII cornua uaccrum erant in medio. (Cfr. F. G. VI, 9, 6.)

De aqua furata. Aqua furata non habet tornam. Hereditas integra habet tornam, et quilibet domus de X solidos in suso.

93. *De filio non legaliter progenito.*

De filio borde qui demandat partem germanis uel parentibus. Si dicitur ei: "nescimus uel dubitamus ueritatem sis filius illius patris quem tu dicis uidelicet nostri fac te filium racione"; habet se facere filius per duos patrinos, aut per duos homines legales, iurantes filium fuisse illius de quo asserit; et habet, hoc modo, esse filius illius loci nisi demandauit partem in hereditatem aut per leuare illud ferrum.

94. *De arboribus plantatis et furatis die uel nocte.*

De arboribus que fuerint plantate et postea furati fuerint de die uel de nocte, cum testibus ualederiis, habetur calonia LX solidos. Et si est filius borde qui exeat de arbore, uel rama, de die V solidos, de nocte, cum testibus, LX solidos; et tenetur fructus arboris emendare quo usque imitatur alia equi bona in suo loco. Palum de parrali qui soluerit de die uel de nocte, cum testibus, LX solidos.

95. *De commanda cuiuscumque rei X solidos in antea.*

De comanda quarumlibet rerum X solidos in suso habet tornam de qualibet re; set de X solidos in iuso non habet tornam.

96. *De christiano pignoranti maurum uel iudeum proditorem pro suo exarico christiano.*

De christiano qui pignorat ganatum mauro uel iudeo pro suo exarico christiano, et dicunt quod non habet ibi partem ille exaricus christiano, tenetur iurare, maurus in meçquita, et iudeus in synagoga, quod non habet ibi partem ille exaricus christianus nomine..., set quod est mauri uel iudei ad faciendum propriam uoluntatem et christianus clamans habet querere aliam pignoram.

97. *De homine qui dat fide in qualibet re dandi auer uel hereditatem.*

De homine qui dat fidantiam in qualibet re dandi auer uel hereditatem, et postea preparat fidantiam directi super illam aliam fidantiam, non est forum si non dicit: "ac fidantia directi quod non posui istum talem fidantiam qualem tu dicis nec debeo tibi ista dare."

98. *De fidantiis mobilis aut terribilis et dicit: "facite mihi fide."*

De fidantiis mobilis uel terribilis et dicit: "facite mihi fidantiam." Si est de mobili et non est in carta oportet ipsum dicere si est fidantia aut non. Si est de hereditate, et est in carta, fidantiam habet illum facere cum testibus quod dent fidantias iuramentorum suorum quod taliter est fidantia sicut potest legi in carta illa, et habet dicere: "fidantia sum sicut potest legi in carta illa." Et si est de mobili, uel de hereditate, et dicit: "fidantia sum", et non est in carta, potest uenire ille qui dicit quod posuit eum fidantiam et potest dicere: "ahc fide directi quod non posui te talem fidem qualem tu dicis nec debeo tibi dare hoc, quod dicis, quod tu es fidantia", et debet illam accipere. Postmodum si potest probare cum duobus testibus legalibus quod hoc debitum debet ei dare, et quod talis fidantia est quomodo illé dicit, et quod iurent testes,

peitabit, propter hoc, LX solidos; et prior fidantia faciet dari el cabdal unde fuit primitus pignoratus.

99. *De matre et patre qui dant uni filiorum uel filiarum donum mobile et hereditatem.*

De matre aut patre qui dederunt uni filiorum uel filiarum suorum donum mobile et hereditatem, non debet passare plusquam donum, unde tantum mobile aut hereditatem. Et si dederint duo uel tria hereditatis non debent passare plusquam unum. Infançonus bene potest dare suis filiis unam hereditatem si habent alias quas diuidant in aliis locis quamplurimis. || (fol. 8.)

100. *De homine qui tenet placitum dandi testes aut otorem aut aliud placitum.*

De homine qui tenet placitum dandi testes aut otorem aut aliud placitum coram porta iusticie et ante iusticiam debent dari, uel ubi est hereditas, si fuerit causa de hereditate.

101. *De patre aut matre qui fuerint uidui.*

De patre aut matre qui fuerint uidui. Non possunt dare filio uel filie donum completum si non habet donum unus de alio cum carta et fidantia, aut si non diuiserunt; set de sua parte cognita de ratione possunt donum dare.

102. *De spata uel cultello qui trahit illa in uilla muro cincta et ferit inde.*

De spata uel cultello qui trahit in uilla muro cincta et ferit inde, habetur calonia D solidos; et si occidit Mille solidos. De alia ferida de pugno uel de petra LX solidos cum testibus quos habeat. Sei si non ferit non habet caloniam nec tornam uel quod perdat pugnum.

103. *De partitione germanorum usque ad tertiam uicem*¹.

De partitione germanorum. Usque ad tertiam uicem possunt reuerti

¹ Reclamo al margen. Al pie del folio la siguiente addenda, de mano del continuador. De homine qui uendit uel impignorat suam hereditatem in terras de lacca aut in terras de Hosca, et dat fidantias saluitatis, et postquam exeunt ille fide de la terra, et habuerit fide de parte bono*, et ueniunt alii homines uel parentes qui demandant istam hereditat** uenditam uel impignatam, debet se iste homo tornare ad fidantias suas, uel suos filios debent interrogare si habent testes uiuos; et si dicent de si, debet iudicare iusticia que dent fidantias ad alias fidantias qui sunt de saluitate que donent ei illos testes in illo loco ubi fuit facta ista uendita, uel impignamentum, per forum terre, et cant saluare illam terram. Et si non dant illos testes que non respondeant magis. Et si dicent: "non habemus testes quia mortui sunt"; debet iudicare la iusticia que iurent cum carta in manu secundum est forum terre in ipso loco ubi inuenit la fidantiam et uadat saluare illam hereditatem. Et si unus testis est solus sic faciat quomodo supra scriptum est, et iuret unus testis in illa demanda, cum illa carta in manu, quod sic fuit quomodo potest homo legere in illa carta et saluetur illam hereditatem.

* el ms. pait eb con o suspendida sobre la b.

** así el ms.

ad partitionem si prius non firmant quod semper sint in predicta partitione; et si habetur ibi carta tanto plus ualeat.

104. *De homine uel femina qui uenerint clamantes de percussionibus.*

De homine uel femina qui uenerint clamans de percusionibus uel desonore aud de presone sine domino uel iusticia, debet dare, ille qui hoc egit, fidantiam directi, et ille clamans firmum de redra quod redret per forum terre ille directum faciendo; et hoc facto, quando deuenient in illas raciones ad si et non, debet iusticia iudicare quod probet qui dicit de si cum testibus legalibus et mensam suam sanctificantibus si est in populato, et si est in heremo cum testibus VII annorum in antea, et peitet medium homicidium; et si non potest probare quod iuret, qui dicit de non, quod hoc non fecit, super altare ubi iuratur per homicidium et dimiterat eum in quiete. Et si dicit: "meum deshonorem uolo probare, non habeo testes", det fide sui iuramenti qui dicit de non, set alius non accipiat illam set dicat: "hac fide de la torna", et accipiat illam la iusticia; et qui dicit de non det fide de la espera, et similiter accipiat illam la iusticia. Et hoc facto si est prelum de scuto et baston habeant ambo ualens C solidos de mobili, ita quod unusquisque per se, aut de caualleriis, ante quod sit ad libitum illorum habeant de placito X dies; et ad X dies in quali quod remanerat peitet X solidos; et ad XX dies similiter pro quo remanserit peitet alios X solidos; et ad XXX dies fiat prelum aut succumbat pro quo remanserit. Et de X solidos decem dierum et de aliis X solidos de XX diebus habet ibi dominus uille terciam partem et justicia terçero et ille clamans el terçero. Set si non habet unusquisque ualens C solidos fiat prelum de ferro, et suggillent manum ad tercium diem, et leuet ferrum ad alium tercium diem, et perspiciant manum ad alium tercium diem, qui sunt IX dies; et si est sanus sit saluus, et si combustus succubbit. Et omnes calonic que sunt in prelio sunt in ferro, excepto missione ferri que non est tanta.

105. *De homine qui dicit se daturum testes et non dat.*

De homine qui dicit se daturum testes ad diem prefixum et non dat illos uictus est, et perdit iuramentum ad illo qui habet illud dare, quia promisit se daturum testes postmodum pedem retrahit, unde illud: quod compleere nequis primiciare caue.

106. *De debitibus clericorum.*

De debitibus clericorum. Clericus pro debito quod debeat alicui non potest appellare ad suum episcopum, set de qualibet alia re que pertineat ad eclesiam potest appellare ad episcopum, quem pontificum et prelatorum est discernere inter leporam¹ et lepram. || (fol. 8 v.)

107. *De homine qui monstrat cartam coram iusticia et dicit alius: "falsa est et hac fidantia."*

De homine qui monstrat cartam coram iusticia et dicit alius: "falsa

¹ lectura dudosa; sobre la p sigla, cuya forma supone un grupo de letras a suplir en que entran necesariamente a y r.

est et ecce fidantia quod teneam in pede ipsam esse falsam"; deinde non debet illam probare nec cum illa iurare, set debet illam tenere in pede; et si Deus facit illi misericordiam peitabit secundum de bolta [atal]¹, et si est de ferro secundum quod est de ferro.

108. *De filio uel filia qui miserunt missionem de dispensa de qualibet re in mundo in rebus patris et matris.*

De filio uel filia qui miserunt missionem de dispensa de qualibet re in causa patris aut matris, et non miserit illam cum conuenientia et cum fidantia et testibus, non debent illi respondere pater nec mater nec germani, set debent illi reddere gracias, et cum hoc debet esse pacatus per forum terre Aragonis.

109. *De homine qui uult probare clericum uel hominem alicuius ordinis.*

De homine qui uult probare clericum uel hominem alicuius ordinis postquam fuerit clericus uel dederit se alicui ordini, cum clero et laico habet probare, secundum quod est ille ordo.

110. *De testibus patris contra filium uel filii contra patrem.*

De testibus patris contra filium uel filii contra patrem ad suam utilitatem uel contra ad lites, non potest testari unus alii ad suam utilitatem.

111. *De homine qui emit hereditatem qualem uult et demandant ei illam.*

De homine qui emit hereditatem qualem uult et demandant illi eam, et uult dare fide directi postquam ad comparam se clamat fide directi debent ei colligere et postea habeant suas rationes.

112. *De homine dicenti: "percussisti me" et dicit aliis: "ubi?"*

De homine qui dicit: "percussisti me aut inhonorasti aut pignorasti me", et dicit aliis: "ubi, aut in quo loco, aut cum quo te uerberauit, aut in qua die septimane, aut qua hora diei?"; respondere habet de iure: ubi, aut in quo loco, aut cum quo fuit percussus: cum lapide aut pugno aut quibus armis, ut [ni]² irato animo necne, et in qua die septimane, aut qua hora diei, de omnibus tenetur respondere; et si fuit de meridie in suso, habet dicere: "a mane usque ad meridiem"; et si fuit de meridie in antea: "usque ad noctem".

113. *De homine qui est in hora mortis et uult destinare.*

De homine qui est in hora mortis et uult destinare, quales habent esse sui cabeçalerii si est in heremo aut in populato. In heremo debent passare duo septem annorum in suso, set in populato duo uicini legales cum illo capellano. Et si est in villa pauca de X casas minus, debent ualere pro cabeçalariis capellanus cum alio uicino, sin autem capellanus cum legali uidua muliere qui complent secundum usum terre; set si non posunt habere capellatum, duo homines legales habeantur cum nec-

¹ atal sobre lira, de mano del continuador.

² ni sobre linea.

cese fuerit. Ipsi uel ipsi qui fuerint cabeçalariis dicant Deo et suis animabus ueritatem coram ianua eclesie manibus ad celum extensis quod sic fuit, et debet iure ualere.

114. *De omnibus rebus que fuerint de litibus et de percussionibus et de homicidio.*

De omnibus causis que fuerint facte, de litibus et de percussionibus et de homicidio, in heremo uel in monte ubi non est populatum uel regatuum, et debent probare cum duobus testibus VII annorum in suso; in quolibet populo cum duobus testibus legalibus ualederiis et casam tenentibus et incensam suam sanctificantibus.

115. *De quinque solidis sume quomodo debent diuidi.*

De quinque solidis illius sume quomodo debent diuidi. Domino uille tercia pars, messegariis aut uineaderiis alia tercia pars, la iusticia nouena tocius.

116. *De homine qui se clamat ad cartam coram iusticia.*

De homine qui se clamat ad cartam coram iusticia non debet iudicare si non habet cartam; et si dicit coram iusticia: "non habeo cartam", deinde non se potest clamare ad cartam, et justicia non debet iudicare ad cartam, set si semel monstrat cartam coram iusticia omnibus horis habet monstrare illam de cetero quoisque causa ad finem perducantur." (fol. 9.)

117. *De homine qui pignorat et occidit pignoram.*

De homine qui pignorat et occidit pignoram habiturus est totum corium complere cum rostris, et IIII unguis, et auribus, et cauda; et quod mittat pedes suos super illud, et iuret super librum et ✠ illud esse ipsum corium, sine dubio, illius bestie, et quod mactauit illud more pignoris et propter talem hominem nomine...; et ille pro quo fuit pignorata et mortua habet emendare pro bestia C solidos.

118. *De iuramento que ui domini uille aut iusticie est danda.*

De iuramento qui coactione domini uille aut iusticie est danda. Si accipit inde clamans aliquid sine domino uille, pro furto potest ab eo queri a domino uille; et si presente domino accipit clamans pro iuramento aliquid tradere, habet accipere dominus uille, et si non uult accipere inde aliquid clamans pro iuramento illo et uult per omne iuramento bene potest facere.

119. *De fidantia que est et dicit se non esse fide et dat fide negamenti.*

De fidantia que est et dicit se non esse fidantia, et dat fide negamenti se non fore fide, si potest probare illum, ipse cui fuit fide cum duobus testibus legalibus quod sic fuit fide et quod dent fidantias suorum iuramentorum, habet redimere suam manum per VI solidis et IIII denarios, et quod faciat colligere suum directum ad illum clamantem; et de istis denariis habet inde accipere dominus uille II solidos, et clamans II solidos, et la iusticia II solidos, et saiones per los arienços los IIII denarios.

120. *De asino uel asina qui furati fuerint sine albarda uel sine capistro.*

De asino uel asina qui furati fuerint sine albarda uel sine capistro pro solo suo corpore, non habet tornam illi nec testes qui testati fuerint pro eo; set si furati fuerint cum capistro aut albarda uel cum alia ropa, habet tornam ille uel testes qui iurauerint pro eo.

121. *De hominibus qui testantur pro mauro uel pro iudeo.*

De hominibus qui testantur pro mauro uel sarraceno atque perfido et doloso iudeo pro quacumque re in toto mundo ita quod maurus uel iudeus teneantur dare testes. Si iudei uel sarraceni litigant cum christianis et percutiuntur de morte ita quod sanguis profluat, a iudeo uel sarraceno mille iudei uel sarraceni sint in uolta litis, testimonium unius non potest alii ualere aliquo modo. Set si forte christianus uult testari pro iudeo uel sarraceno hoc modo uel alio, non debet credi sine suo iuramento christianus uel iudeus uel sarracenus, unusquisque sua lege, secundum quod res se habuit. Postquam uero iurauerit et testatus fuerit christianus non potest esse tornatus per ferrum neque per batallam, quia non est forum quem non tornaretur aliquis christianus mauro uel iudeo si tornam haberet testis christianus post suum iuramentum, et certe nunquam debet aliquis christianus testari pro mauro uel iudeo, tum quia sunt inimici crucis Christi per quam totus mundus saluatur et uite salus reparatur, tum quia sunt proditores et die et nocte cogitant christianis fraudes multimodas laqueare, et contra quod maius est numquam sompniant eis bonum. Duo christiani non sufficiunt testari pro iudeo uel sarraceno, uel duo iudei pro iudeo, nec duo sarraceni pro sarraceno si factum litis pertinuerit ad christianum et iudeum uel sarracenum; set ex utriusque habent testari pro factis et non habent credi sine suis iuramentis. Hoc est ius et forum terre Aragonis aprobante hoc et laudante consuetudine Regum et aliorum proborum hominum.

122. *De homine qui uult iuuare amicum suum in testimonio.*

De homine qui uult iuuare amicum suum de testimonio habeat et faciat similitudinem testandi, sicut qui habet in corde, et ita potest amicus unus alium iuuare in testimonium, [tamen non det fide sui iuramenti]¹. || (fol. 9 v.)

123. *Façania.*

Quidam iudeus obligauit pignori cuidam christiano quedam uas stagni loco argenti pro C solidos ad lucrum quod montasset ad finem anni alias C solidos, et fuit statim uas illud pesatum et stetit per annum; et transacto spatio anni agnouit christianus uas esse stagni et non argenti, et habuit christianus se deceptum, et christianus fecit serrari cum una serra catheratum et clausatam portarum domus sue et ipsem etropauit domum suam et finxit se fuisse depredatum et spoliatum omnibus suis; et uenit tumultus istius rei ad hebreum et uenit proditor iu-

¹ tamen-iuramenti addenda de mano del continuador.

deus, qui crediderat se decepisse christianum, cum CC solidis; et hoc modo recuperauit christianus suos CC solidos et defraudauit iudeum sua uice taliter et audiistis. Et Domini ualde magna laxas habens habenas est ibique proditio iudeorum.

124. *De hereditate germanorum uel filiorum germanorum aut parentum proximorum que non sunt diuise.*

De hereditate germanorum uel filiorum germanorum aut parentum proximorum que non fuerint diuise. Si aliquis illorum dederit, sine mandato ei concessu aliorum, aliquid illorum hereditatum ad sanctos uel ad mulierem aut ad aliquem locum, non potest passare quia cum iuramento quod det se non interfuisse illi donatiuo quod hereditas non fuit diuisa, et quod non concessit illam donationem ipse potest hoc prohibere; set si hereditas est diuisa et potest habere testes potest facere donatiuum et cum ratione faciat quicquid facit.

125. *De homine qui pignorat in uilla et non est uicinus.*

De homine qui pignorat in uilla et non est uicinus, et tenet pignoram in uilla per III dies, quando trahit pignus a uilla ad tertium diem habet dare fidantiam quod de manifesto teneat illam et non se alget cum la pignora.

126. *De gato furato.*

De gato furato et inuenitur cum testibus furti, talis est sua calonia: quod aliquis homo accipiat illum gatum et liget ad suum collum palmum corde, et figat stacham in terra, et ligetur ibi corda et ad omnes partes habeat IX pedes in amplum, et proiciant milium super illum gatum, sicut granum cadit per gronçam molendini per oculum mole, et cum coopertus fuerit gatus milio illo ipsum milium est sua calonia; et diuidatur sicut alia calonia.

127. *De causa clerici et laici*¹.

De causa clerici et laici. Si clericus habet querimoniam de laico habent ire sui forum terre; set si laicus habet querimoniam de (clericu) ² habent ire ad iudicium domini episcopi. Et si laicus demandat hereditatem ad ecclesia, clerici habent accipere de terra illius hereditatis, quam demandant illis, et mittere super altare, et iuret ibi quod terra fuit sua hereditatis et sua debet esse, et accipiat terram ab altari et sit sua la hereditas. Et clerici spolient altare et circundent illud spinis cum uenerit

¹ Reclamo al margen. Al pie del folio la siguiente addenda, de mano del continuador: Fazania. Quidam iudeus dedit ad tingendum L lienzos panni de lino cui-dam christiano et non fecit inde testes, et christianus negauit pannum et iudeus nouit se deceptum et tacuit per tricentum. Postea uenit cum C lienzos panni de lino ad illum christianum et fecit testes similiter illum, et illis testes factis leuauit se ad dominum suam cum sua arte quam fecit istos lienzos et stetit bene per duos menses, et ad caput istorum mensium uenit ad istum christianum et demandauit suos C lienzos de panno de lino, et iste christianus uoluit dicere que non habuit istos lienzos; et cum testibus quos fecit oportuit dare christianum illos C lienzos; et ita uindicauit se iudeus de christiano. (Cfr. F. G. VI, 9 3.)

² el ms., laico.

laicus ad iurandum, et tangant las campanas, et mittant ibi las uirtutes; et sic accipient clerici iuramentum laici.

128. *De causa christiani mauri et iudei*¹.

De causa christiani mauri et iudei. Si christianus habet querimoniam de iudeo uel de sarraceno, uel sarracenus de iudeo, uel iudeus de sarraceno, uel christianus de utroque, omnes habent ire ad iudicium iudicis christiani, quia christianus melius discernit et causas nouit potius perscrutari.

129. *De homine albarrano qui non potest dare fide directi.*

De homine albarrano qui non potest dare fide de directo per malefactum quod fecit, post uenit coram iusticia, habet statim dare fide directi, aut cableuadorem, ut faciat fieri directum, aut quod reddit illum cableuador in presentiam domini iudicis, aut quod mitatur in presonem domini Regis; et non dent illi talem presonem quod si habet se saluare minus inde ualeat suo corpore; semper iurando quod non potest habere fide nec cableuadorem. || (fol. 10.)

130. *De bassallo qui stat cum domino et non est uicinus et furatur aliquid commedendi.*

De bassallo qui stat cum domino et non est uicinus et furatur aliquid ad commedendum, siue baccas uel boues aud oues uicini, et occidit illum, et de carnibus illis dederint ad manducandum aliis uicinis et non uicinis, et postea recedit uassallus a domino suo, aut morietur dominus, et iste cui furati fuerunt suum ganatum demandabit suo uicino qui commedit de carnibus illis: "latro fuisti mei ganati et consentiens mei furti"; et iste uicinus, qui uidit et commedit de carnibus illis, non fuit ausus detegere suum dominum uel suum socium per quem commedit de furto illo et uidit furari, nec fuit ausus detegere, non debet negare nec debet inde dampnum habere; set si est uicinus et dicit: "latro fuisti mei ganati", debet se inde saluare aut debet illud comparare per forum terre; et si latro est uicinus debet se saluare et habet tornam.

131. *De testibus postquam sunt iudicati et dant fide iuramenti.*

De testibus postquam sunt iudicati et dant fidantias suorum iuramentorum et nolunt accipere illas fidantias non remaneat pro illis, postmodum non debent testari nec fidantias suorum iuramentorum dare quia iam compleuerunt.

132. [D]e interactoribus uenatum siluestrium. Qui uulnerat prius porcum silvestrem ipsius debet esse caput cum collo illius porci. Qui uulnerat ceruum uel cebram sagitta uel lancea ille debet habere corium et media² carnes si³ alii occiderunt.

¹ *Id. ibid.*: *De pleito christiani et mauri.* Si christianus habet clamum de mauro habent ire ad iudicium del alphaquin. Et si habet clamum maurus de christiano habent ire ad iudicium iusticie. Similiter est de christiano et de iudeo contra ad aliam iusticiam et contra ad illo rabbi.

² después de a una s tachada.

³ después de si, uero tachado.

133. *De homine qui uadit post uenatum cum cane suo et occidit uenatum in heremo.*

De homine qui uadit post uenatum cum suo uenatico cane et occidit uenatum in heremo totum debet esse suum; et si uenit ad populatum et exeunt homines de villa qui mactant uenatum corium et medie carnes debent esse illius qui uenit post uenatum cum cane suo.

134. *De uenatu qui cadit in cepum totum debet esse domini cepi.*

De uenatu qui cadit in cepum totum debet esse domini illius cepi. Quilibet homo parans cepos et uenit monterius, aut missaticum suum, et asserit se iturum uenatum cum equis et canibus et disparct suos cepos, et non disparat illos, et monterius mouens uenatum, cum equis et canibus, et cadit canis aut equus in illum cepum, dominus cepi habet sanare illum et dare ciuadam et conductum quousque sanitati restituantur; et si moritur inde habet emendare dominus cepi illius.

[D]e foris quos habent apud Borgiam. Per se ipsos habent multos foros et consuetudines, et insuper habent foros Cesaramuste ciuitatis et bonos¹ et alios.

135. *De hominibus Borgie qui se alçant ad Cesaramusta.*

De hominibus Borgie qui se alçant ad Cesaramusta, coram iusticia Borgie debent dare los boceros; et si ipsimet non uadunt debent dare bonas fidantias ut sedeant in hoc quod bocerii leuabunt apud Cesaramusta; et si ipsimet non uadunt set transmittunt bocerios suos habent fidantias inter se dare.

136. *De omnibus uillis riui de Borgia.*

De omnibus uillis riui de Borgia in quibus iusticia non habetur. In Borgia faciant prelum et leuent ferrum et donent otorem et teneant placitum totum coram iusticia, de Mallen in suso, si in Borgia firmant; exceptis uillis ordinum Templariorum et Hospitaliorum, monachorum alborum et nigrorum, et sanctimonialium et aliorum.

137. *De homine qui audit iudicium in Borgia et alçat Cesaramusta.*

De homine qui audit iudicium apud Borgiam et se alçat ad Cesaramustam, et Cesaramuste et Borgie datur idem iudicium peitet domino V solidos et nouenas V solidorum justicie et totam expensam quam fecerit aliis qui uenit ibi ui cum suo iuramento; quod tantum constitit sibi habet emendare ille qui se alçauit ad Cesaramustanam ciuitatem.

138. *De homine qui tenet tortum alii et sunt de signali.* || (fol. 10 v).

De homine qui tenet tortum alii et sunt de signali, et homo iusticie monstrat signale domini Regis ut ueniat in presentiam domini iudicis, et non uult accedere ad complendum directum, et transit illud signale una nocte, in sequenti die peitet V solidos, et sunt iusticie; et quando monstrat illud signale cum testibus ualentibus habet monstrare.

139. *De hominibus qui se alçant ad forum Cesaramuste.*

De hominibus qui se alçant ad forum Cesaramuste donec eis iusticia.

¹ abonos. la a tachada.

ut tercia dic sint Cesaragusta, et quarto dic leuent iudicium; et qui contemnit leuare iudicium prima uice non succumbat; secunda uice pignoretur et cum pignore in currale cogatur ire et non sit uictus; et ad tercium placitum si non uult leuare iudicium et directum facere sit uictus. Set ad tres placitos predictos Justicia debet dare diem et in presentia iudicis totum debet fieri; si uero placet utrique parti quod qui non fuerit prima uice uel secunda Cesaragusta directum facere uel contemnit complere sit uictus sui ex parte dicti. Set hoc non est forum immo¹ uoluntas et optio utriusque partis.

140. *De homine qui se clamat ad otorem.*

De homine qui se clamat ad otorem, habet dare fidantiam de otore ut donet illum ad X dies, et non nominet otorem si non uult; et si non dederit illum ad X dies coram iusticia, peccat LX solidos et demandum quod faciunt illi; et cum dederit otorem accipiat eum per manum et otor det fidantiam directi super illum et dicat: "ego sum otor istius rei."

141. *De prelio faciendo aut ferro leuando de uilla ordinis riui de Borgia.*

De prelium facere aut ferrum de uilla ordinis riui de Borgia. Si firmatur in manu iusticie de Borgia justicia Borgie habet habere las nouenas.

142. *De pleito que est affidançatum et firmatum et iudicatum Borgie et alçat ad Cesaragustam.²*

De causa que est affidançata et firmata et iudicata in Borgia, et se alçat ad Cesaragustam. Qui habet metum cadendi male Cesaragusta scribat raciones et iudicium quod dederint Borgie et monstreret illud Cesaragusta in presentia çalmendine, et si indiget emendatione iudicium emendetur et est directum. Set si dicunt alias raciones Cesaragusta quam dixerint Borgie, debeat dicere qui male cadit: "non leuauimus iudicium Borgie istis racionibus nec uenimus Cesaragustam propter hoc redecamus Borgiam ubi audiuius prius iudicium, et non desforemus nostram uillam quia nolo me calumpniari nec uolo domino meo iniuriari, et fidanciemus nos, secundum estas raciones, ut dominus uille non amittat suos directos et audiamus ibi iudicium et postmodum sic leuemus iudicium Cesaragusta." Et est forum Borgie quia per quas fidurias sunt facte in Borgia debent leuare iudicium Cesaragusta.— Postea habent forum in Borgia quod homo qui afferat ricum hominem pro bandariça uel pro bocerio causa nocendi suo uicino de Borgia, alii uicini expellant eum a Borgia, et precipitent domos suas in terram, et peccat domino Regi Mille solidos.

143. *De hominibus qui audiunt iuditium Borgie.*

De hominibus qui audiunt iudicium in Borgia et dato iudicio non se alçant statim ad Cesaragustam, deinde non se possunt alçare ad Cesaragustam quem secundum iudicium Borgie habet finiri.

¹ inniol, la 1 tachada.

² Cfr. cap. 40.

144. *De hominibus qui posuerunt uocerios Borgie.*

[D]e hominibus qui posuerant bocerios in Borgia non habent amplius respondere aliquibus aliis hominibus, neque dominis cause si non bocerius ad uocerium quoisque causa finiatur in Borgia, aut quod se alcent ad Cesaramustam si in Borgia non placet eis iudicium.

145. *Nullus uicinus de Borgia debet dare leçdam nec pedaticum in tota Aragone.*

Nullus homo uicinus de Borgia debet dare leçdam nec pedaticum in tota Aragone nisi ad portus sabidos.

146. [N]ullus homo de Borgia habet directum facere alii homini pro torto quod faciat illi in alio loco nisi Borgie aut Cesarauguste. || (fol. 11.)

147. *De uassallo et ancilla qui sedent ad soldatam et infirmantur.*

De uassallo qui sedet ad soldatam et infirmatur. Quicumque homo habet uassallum ad soldatam et infirmatur uassallus, et non dederit illi conductum dominus suus dum egrotauerit, post infirmitatem, si sanus fuerit, non debet ei seruire et debet perdere dominus totam suam soldatam quam sibi dederit; set si dederit illi conductum suus dominus, dum fuerit infirmus, cum fuerit sanus debet redire ad seruicium domini sui et completere suum annum, et post anni complementum debet emendare dies quibus egrotauit.

148. *De domino et uassallo qui sunt affidançati.*

De domino et uassallo qui sunt affidançati. Si uassallus perdiderit aliquam rem domini sui, aut fecerit malum laborem, propter hoc non debet cum percutere dominus suus, set pignoret fidantiam suam ut faciat sibi emendari totum malefactum; set si percutit illum cum testibus quos habeat uassallus, habet ei facere directum de percussionibus dominus suus sicut de quolibet extraneo; et si uassallus non uadit ad montem, aut ad locum quo precipit eum ire dominus suus, quod sit res facienda, et contempnit ire uassallus, dominus suus faciat hoc scire fidantie et det mercedem alicui homini qui eat loco serui, et faciat fidantia uassallum hoc emendare domino suo. Et hoc est ius ei recta consuetudo.

149. *De homine qui monstrat cartam coram iusticia et alius falsificat.*

De homine qui monstrat cartam coram iusticia et dicit alius: "falsa est hec carta." Qui habet cartam datus est testes sicut sunt scripti et possunt legi in illa carta, et si mortui sunt testes qui habet cartam debet iurare cum carta in manu sua et debet ualere scriptum sue carte. Iste uero qui uult scriptum carte falsificare habet de¹ [suffrença annum et diem si tenet directum, et postea potest reptare ad illos testes qui iurauerunt per falsos, aut ille qui iurauit cum illa carta in la manu pro periurato, et non potest falsare illam cartam.

150. Moro potest uendere, pro suam captiuitatem dando suum di-

¹ Hasta aquí de mano del primer copista.

rectum, la medietatem ad suum exarich, et arbores rancare similiter dando suam medietatem de hereditate si non sunt opus in sua casa et de suo exarich. Et potest uendere per bouem comprare unde laboret suam hereditatem et non aliam.

151. De iuras hominum de ordenes. De X solidos ualente in suso habet dicere suam ueritatem Dei et ordine suo et usque ad C solidos. De X solidos in iuso suas caligas et suas zabatas. Et de hereditate super librum et ✠ crucem.

152. De homine qui habet facere batallam et per escapar dicit quod homo non habet balia de C solidos de mobili, habet iurare super librum et ✠ que non habet baliam de C solidos de mobili in toto suo posse et habet leuare lo ferrum. Et si possunt scire quod est periurado possunt illum reptare post annum et diem passatum usque ad aliun annum et diem passatum, et non postea magis.

153. Infançon non debet comprarre hereditatem de uillano Regis, neque de moro uel de iudeo, neque Rex; uel uillanus non debet comprarre de exarich infançonis, neque de uillanus uel infançon si non facit, ille qui comprat, illam uillaniam que suo uillano. Et inde facit similiter moro neque iudeo.

154. De homine qui tenet suas bestias in sua casa quales se uult per fer mala barata ad qui habet clamos de illam, bene potest pignorare illo clamante in illa peça de terra unde arant, et quod emendet la semente que illa die habet seminata usque quod las bestias pignoret.

155. De homine qui est in alia terra et laxat in sua terra baiulum uel exarich et pignorauerint illos per illum quale est in alia terra, et dicunt: "fide nos fuit aut debitor uestro senor aut uestro exarich", debet dicere illo exarich ad illo baiulo: "non scimus nos de ista debita uel de ista fidança que fuisset nostro senor"; et debet probare isto clamante per forum terre quod sic fuit debitor, quomodo ille dicit, et fidancia quod sit de manifesto, et parent se ad ista debita, et si non audiunt sua iura quod non est inde sabitor et partant se de illo baiulo uel exarich.]] (fol. 11 v.)

IV

EL FUERO DE SANTO ADRIANO DE VASELGAS

Entre los documentos de la Catedral de Oviedo¹, coleccionados en 1383 por el obispo don Gutierre de Toledo, y que forman el libro de la *Regla colorada* que se conserva en el Archivo de aquella

1 Con gran satisfacción tenemos que consignar nuestro agradecimiento al canónigo-archivero señor Sandoval por las facilidades que para hacer diversas investigaciones en aquel Archivo ha concedido a nuestros compañeros señores Diez-Canseco, Sánchez-Albornoz y Prieto, deseando vivamente que dé pronto cima a sus interesantes trabajos sobre la historia de la Catedral de Oviedo.—(N. de la R.)